fernm Nicolai mnissek de maiori kuszidla capitanei
Lucovien, et seyomi principis dñi Sigismundi Augusti Re-
gis Polonie filii nostri charissimi Succarii, et Bricii
Soboszki Succamerarii Lancicien, fidelium nostrorum dile-
ctorum eisdem in solidum et cuilibet seorsum Jus pa-
tronatus nrm Reginm pñtandi ad eccliam parrochialem
in Zbuczin villa ad Lucow spectan dioc Craconien Juris
patronatus nri Regii, cum per essum vel decessum pñti
rectoris et possessoris vacauerit, pro vna dumtaxat vice
dan et conceden duximus, damusq et confirmus presen-
tibus literis nostris irrevocabiliter, vt liceat eisdem tanq
veris et legittimis patronis ad eandem Eccliam in Zbuczin
sicut premissum est, vna vice primo vacantem personam
idoneam et statui eccliaco appositam pñtare; Nobis
igr Reuerendissimo chro patri dño Petro Archiepo Gnesnen
et Epo Craconien aut eius in spñalibus vicario, seu cuicunq
alteri ad hoc pñtem habenti, hanc nram Juris patronatus
donationem demonstramus et ad noticiam deducimus,
hortan vt cum dicti Nicolaus Mnissek et Briccius
Soboszki in casu vacationis ipsius Eccliæ parrochialis

personam idoneam ad illam putauerint, eandem instituat et inuestiat, non obstantibus quibuscunq; literis nris a nobis in hoc antea emanatis vel post emanandis, quibus omnibus ad presens derogatum esse volumus et prutibus derogamus, eundemq; presentatu prefatorum Nicolai Smissek et Briccii Sobockhi, volumus omnibus aliis putibus nostris antelatis, Quibus in testimonium sigillum nostrum est subappensum. Datum Cracouie feria sexta post festum visitacionis virginis marie. Anno dni M. D. xlvto.

Ad mandatum magci thome de Gobota R. P. Camsen &c.

Consensus errectionis Molendini in fluuio wangra Nobili Stanislao Thurowski datus &c.

Sigismundus dei gra Rex Polonie &c. Significamus tenore putinum quibus expedit vniuersis et singulis. harum noticiam habituris, Quia edocti sumus, ut Nobilis Stanislaus Thurowski construxit molendinum nouum in fluuio wangra ante oppidum Przassnisch suis impensis, Supplicatumq; est nobis in hmoi molendini erectionem consentiremus, Nos considerantes id cum comodo et augmento bonorum nostrorum futurum, ex certa sciencia et speciali gracia nostris Regiis in dicti Molendini edificationem consensimus et putibus consentimus, cui de omnibus

emolimentis eiusdem gravi et nominatim brassorum
terciam mensuram iuxta aliorum molendinatorum consue-
tudinem damus et concedimus. tenore presencium mediante, vt
autem ipse Stanislaus Thurowski circa provisionem et re-
formationem ipsius molendini diligentior fieret inscriben-
duximus ei et successoribus eius quinquaginta sexagenas
monete et numeri communis, quamlibet sexagenam in sexa-
ginta grossos computando, in qua quidem pecuniarum summa dictus
Stanislaus Thurowski et sui successores ipsum molendinum
tenebunt, habebunt, vtifruentur pacifice et quiete possidebunt
cum agris ad id spectantibus, Quod molendinum ipse molendina-
tor etiam valebit et sui successores valebunt, vendere per-
mutare et in vsus suos beneplacitos, vt sibi et successoribus
suis melius visum fuerit, nostro tamen ad hoc et suc-
cessorum nostrorum consensu accedente, Quatenus ad re-for-
mationem molendini nos et successores nri duas partes
pecuniarum debitarum summe. et molendinator tercias partes,
preterea dictum Stanislaum Thurowski obsequiosi gracia
prosequi volentes conservamus et pretibus no-
stris conservamus in possessione dicti molendini, quam diu
in humanis agit, promittentes verbo nro Regio, quod
illum durante vita eius nullis subditorum nrorum redditus
conferemus, neq; nos ipsi neq; successores nostri reddimus,
Juribus tamen nostris regalibus semper salvis manen-
tibus, In cuius rei testimonium sigillum nrum pendens
est fecimus apponi. Datum Cracovie feria sexta post festum
Visitacionis Virginis Marie proxima. Anno domini
Millesimo Quingentesimo Quadragesimo quinto. Regni nri
trigesimo nono.

Rolo rmog ut supra

Litera expectatiue ad tenuta bonorum Zamech in terra premisliens consistens Gnoso Sigismundo Lijgaza dat etc

Sigismundus dei gracia Rex Polonie &c Significamus tenore pnciu quibus expedit universis et singulis harū noticiam habituris, Quia ad interessionem Serenissimi Principis domini Sigismundi Augusti Regis Polonie filii nri charissimi pro Generoso Sigismundo Lijgaza pocillatore sua nře fideli dilecto ad nos factam, Ipsi hrās expectatiuas ad tenuta bonorum infrascriptorum Zamech in terra premisliens consistentium primo et proxime post obitum quondam Otth Pilczki castellani Leopolien, sine decessum vel alio quouis modo vacantem dand et conferend duximus, damusq et conferimus hiis nostris literis, promittimusq ac pollicemur verbo nostro Regio pro nobis et successoribus nostris, quod si primum bona predicta vacare contigerit, ea nemini alteri dabimus et conferemus, neq successores nri daturi sunt, nisi ipsi Sigismundo Lijgaza, quem pro vero et legittimo Tenutario bonorum Zamech deputauimus et exnunc deputamus, Proinde mandamus tibi magco Petro Kmitha comiti in Wissnicze Palatino et Capitaneo Cracovien, Regni nri Marsalco Sclopusien, Premisliens, et Colen Capitaneo in absencia eius vicecapitaneo premisliens pnti et pro tempore exnti, vt prefatum Sigismundum Lijganza in bona ipsa dum quouis modo premisso vacauerint introducat, possessionemq eorundem ei realem assignet, et inducat, subditis eorum bonorum, vt ipsi Tenutario debitam obedientiam prestent, non expectatis aliis literis nris, neq

obstantibus ante nel post in contrarium emanatis vel ema-
nandis, Quibus omnibus pro hac vice derogamus, In cuius
rei testimonium sigillum nrum presentibus subappensum est. Datum
Cracovie feria sexta infra octavas visitacionis virgi-
nis Marie. Anno dñi M. D. xl vto. Regni xxxv°

Rubro mágci thome de
Sobota R. I. Cancellarii etc

Donatio bonorum infrascripto-
rum, Magco Petro Zborowski
Castellano Malogostensi, per nobles
Barbaram Crupczina et Seraphimum
Jaskier etc

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam
Quoniam actus dispositiones humanas plerumque oblivione
involui atque obrui contingeret, Nisi regum et princi-
pum salubribus sanctionibus fuisset constitutum, et littera-
rum ac sigillorum munimenta et testium annotacione
firmarentur, Quare Nos Sigismundus dei gracia
Rex Polonie. Supremus dux Lithuanie. Russie Prussie
Masovie. necnon terrarum Cracovie. Sandomirie. Siradie
Lancicie. Cuiavie. Culmen. Elbingen. Pomeranieque domi-
nus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit

vniuersis, Quia constituti personalr coram nobis. Nobilis
Barbara Crupczanka mater relicta olim Nobilis Nicolai
Jaskier secretarii ciuitatis Cracouien, et Seraphin Jaskier
annos discretionis habens, filius, sani mentis et corporis
vradew a Jure suo trestri Cracouien, seu et omia bona
sua in terra et districtu Cracouien consistew, presew Jurisdiciom nrm incorporan, non coacti nec compulsi sed
animo deliberato, freti amicorw suorum consilio, libere
publice et per expressum recognouerut et fassi sunt, Quia
omia bona sua hereditaria, Castrum vicz korzkijew
cum villis ad illud pertinew, vicz Crambinicze, Ma-
schijcze, Bijalijkoscziol, et sortes in Jannschowicze, pako-
wicze, in terra et districtu Cracouien sitt, cum totali
ipsorw hereditate, et omnibus ad eam pertinew, et quo-
modo spectaw ac proueniew, nihil Juris dominij, et pro-
prietatis, ac quorumuis usufructuw, in predictis bonis
pro se suisq; successoribus reseruaw seu excipiew, sed ita la-
te, longe, et circumferenciale, prout prefatorw bonorw
Castri vicz korzkiew, cum villis ad illos pertinew,
Crambijnijcze, Maschijcze Bialijkoscziol, Jannschowicze,
pakowicze, hereditas se in suis metis et limitibus ex-
tendit, una cw Jurepatronatus ratione bonorum prefa-
torum ad Ecclias et prebendas quales vniuersas, et sin-
gulas singulas spectaw et pertinew. Magco Petro Zbo-
rowski Castellano malogostew, dederunt, donauerunt
perpetuo et in eum irrevocabile, per prefatw Petrum

Zborowski castellanú Malogostew et eius successores tanquam
veros et legittimos hæredes predicta bona, cum omni jure
dominio et titulo hereditario, tenend. habend, perpetuoq
ac in eorum possidend et ad usus beneplacitos convertend,
Et insuper hiisdem stans prefata Barbara Crupczanka
omne et integrum jus suum, quodcunq sibi competit ad
sortes suas obligatoriat, in bonis pakowiczie et Jamschowi-
wiczie consistend, a Nobili Mathia Mijanski acquisitis
in summa quingentorum florenorum, eidem magco Petro Zbo-
rowski castellano Malogostew dat donat, cedit condiscen-
dit, plenarie et integre, Et iam predicti Barbara Crup-
czanka, et Seraphin Jaskier, prefato magco Petro Zborow-
ski castellano Malogostew, dederunt, realem intromissiom
et actualem possessiom, in prefata bona, videl castrum
korzkiew cum villis ad illud pertinend, videl Czrambijni-
ce Maschijcze, Bijalijkoszijol, Jamschowiczie, Pakowijce.
in terra et districtu Cracovien consistend, per Ministeria-
lem terrestrem Cracovien, quem eundq sibi prefatus Petrg
Zborowski, castellanus Malogostew admittendum elec-
gerit, eximo iam sibi de iure per nos additum, Ipsaq
Barbara Crupczanka iterum specialem prefe dedit etiã
realem intromissionem, et actualem possessiom, prefa-
to magco castellano Malogostew in sortes suas obliga-
torias in bonis pakowiczie et Jamschowiczie consistend,
a Nobili Mathia Mijanski acquisitas, vnacum per-
lucze super eodem Mathia Mijanskij iure acquisitio
in summa quingentorum florenorum munera et monete

polonicalis. florenñ in gremlibet triginta gl computando,
etiam per ministerialem trestrem cracovien. gremcñq
sibi prefatus castellanus malogostien ad intromittend ele:
gerit, exnuc sibi de iure per nos additu, Et debent tenu:
bunturq prefati Barbara Crupczanka, et Seraphin Ja:
skier, seq presen obligat et inscribunt, assumend omnes tui;
cionis. in omnia bona sua, tam inmobilia q inmobilia stan
standa ubicunq. et in quibuscunq judicñ etiam simili exi;
stencia per eos habita et habend, prefatu magcum Petrum
Zborowski castellanum malogostien et eius successores occasione
prefatorum bonorum, tueri, evincere, eliberare, defendere, pari:
ficare, ac indemne reddere, ab omni impeticon inpedica. et
quibuscunis impedimentis, ac dampnis quarumlibet persona:
rum status et sexus utriusq, et presertim, a Nobili Ca:
therina filia olim Nicolai Jaskier. sub dampnis terrestri;
bus, Quam quidem Nobilem Catherinam prefati Barbara
Crupczanka. et Seraphin Jaskier. postq ad annos discre:
tionis pervenerit, et marito elocata fuerit adnotare
debebunt, ad acta terrestria cracovien, seu ad prutiam
citis nra, Qua addicta, recognoscere debebit sibi qutm
ad eius interesse satisfactum esse. pro sorte bonorum pre;
fatorum seu dote. ram ex eisdem bonis competen, et
quotis jure in prefatis bonis conarem, et consenti:
re in toto inscription presen donationis per prefatos Bar:
baram. et Seraphinum facte, eandemq. ratam et gratam
habere, sub dampnis terrestribus, Casu quo prefata Bar:
bara Crupczanka et Seraphin Jaskier aut ipsorum quorus

prefatum magcm castellanm malogostcm antrins fncssre
occasione premissorm, tueri. defendere, remcre, eliberare,
et indemnem reddere, ac prefatam Catherinam, postqz anos
discretionis attigerit seu maritm duxerit addnere nolne-
rint vel neglexerint, succres qz ipcrnm nolnerint vel ne-
glexerint, aut ipsa Catherina addncta premissa non fe-
rit, nqz recognoverit libere, etsi se prefati. Barbara Cxnp:
Lanka, et Seraphin Jaskier citare premiserint, sine simul
sine seorsum, qnilibet eorum pro toto, seu eorm succres, ad
qnodcnqz Jnc. sine trestre. sne castrem, seu ad pncam altis
nostra, extunc in primo termio tanqz peremptorio, parere
respondereqz et pro damnis satisfacere tenebuntur ac sui
succres tenebuntur, Jn rodcnqz termino. nihilominns bo-
na prefata modo premisso donata prefato Castellano ab
omnibus oneribus, et inscriptcionibus prioribus, Lucris et
perlucris qnarumlibet personarum mnda et pacifica fa-
cre debebnnt, et sui succres debebnnt sub damnis simili-
bus, exceptis dnmtaxat flcr qningentis, qui post mortem
nobilis Catherina Cxnpkjna. succribus Agnete Halerowa
solni debent. per ipsum magcm Petrum Zborowski, citati
antem primm terminm nulla re exquisita nec colore exo-
citato potrint differre seu prorogare, tam Judiciale. qnam
extra judiciale, et abremdiam omnibus inre remediis,
et dilationibus, prescripcionibus, nullisqz evasionibus mo-
dis vel cautellis, prefatum Petrum Zborowski Castellanm
malogostm, et eius succres, pro premissis omnibus et sin-
gulis evadem, sub amissione sne cause hoc est solncionis
prefatorum damnorum, quibus solutis Nihilominus pnti
inscripcioni, et in ea contentis satisfacre tenebitur, et sui

succrīs. tociens quōtis prefato Magco castellāo Malo:
gostew, et eius succrībus opus fuerit, Et hiciden perso:
naliter stans, prefatus Magcus Petrus Zborowski Ca:
stellanus Malogostew. libere. publice et per expressū Rūt,
Quia vsum et possessionem prefatorū bonorū omū scrip:
torum. permisit et pūtibus permittit Barbara Cru;
pczanka, et Seraphino Jaskier, matri cum filio, hinc rsq
ad festum Natiuitatis domini proxime venturū, Jta q̄d
hoc medio tempore et temporis spacio interedū, prefata
Barbara et Seraphin. libere poterint omia bona sua
mobilia et semiata. in campis, pro sr vsuq suo. tollere
et deducere, eximationemq seu evacuationem eorundem
bonorū in toto habere, exceptis dumtaxat, rebus. Clano
ut dicitur affixis, Ea tamen condicōe adiecta, q prefati
Barbara et Seraphin debebūt pro hijs me agros predialis
quoslibet. in predijs predictorū bonorū debito modo et su:
ficienter et conseminare. et pro stipalibus acerui bo;
rum aruum relinquere sub damno terrestri, ad quam co;
dicionem. eadē prefata Barbara cum Seraphino consensi:
erunt hic stantes, Postremo. Idem Magcus Petrus Zbo:
rowski Castellanus. Malogostew. hiciden recognouit
Si. et in quātum summa pēniarum. quinq millium. et gū;
gentorū florenorū numeri. et monete polonicalis certi
et liquidi debiti sue mutuate pēnia. coram nobis speciali
inscripcione prefatis Barbare et Seraphin recognitū et in:
scriptam pro tempore in eadem inscripcōe expresso, vigt
pro festo sancti Laurencii nūc instans proxime ventur.
hic in castro Cracouiensi ad acta Castrēsia, seu coram nobis
non reposuerit, et non solverit integre, extunc presens

inscripcio donacionis prefatorū Barbare. et Seraphini r
adere, debebit in vanū et cassum. proinde atq̄ nulla
facta fuisset nullius momenti et roboris erit, Sed plenū
ius prefatorum bonorū oīm supra expressorū, ad prefa:
tos. Barbaram et Seraphinū. tanq̄ veros heredes re
bit ac redire debebit integre sine quamis remitencia et
contradictione prefati castellani Malogostew et eius
sūdrorum, Quas quidem inscripciones seu reagnicione,
tam prefatorū Barbare Crupczina et Seraphini Jaskiz
q̄ prefati magci castellani Malogostew, Nos ratas et
gratas habem, approbamus et confirmamus, roborq̄
perpetue firmitatis obtinere decernimus, Harum quibus
sigillum nostrum est subappensum. testimonio litterarum.
Dat. Cracouie sabbato post festum visitacionis virgis
marie proxime. Anno domini Millesimo. Quingentesimo
quadragesimo quinto, Regni vero nri trigesimo nono. Pre:
sentibus, Reuo et Renerendo in chro patribus dominis
magro. Generosis. et venli, Petro de Igrad. Archiepiscopo
Gnesnen. et Epo Cracouien. legato nato et Regni Polonie
Primate, Samuele Maciejowski Plocen. et Regni Po:
lonie Vicecancellario. Andrea Zebrzidowski nominato
Chelmen, Joanne Zbroiowski nominato Camenecen Epis
Petro Kmitha Comite de Wisznicze. Palatino et Capitāo
Cracovien, Regni nri Marschalco, Sedzyszen. Premisli
et colen Capitō, Nicolao Wolski castellano sandomirien
Sacre Regionalis mtis curie magro. Sanocen. Lanz
visnen. et Langkornnen Capitaneo, Petro Opaliński ca:
stellano Gnezn, Sexyni principis dñi Sigismūdi Au:
gusti. Regis Polonie magistro curie, Valentino Dam.
bienski. et Jacobo Wchanski referendariis mīb. testibus

circa premissa, sjnare et fidelibus nris dilectis etc.

Thomas de Sobotha R. l. Cancerius ffist.

R. lo mági Thoma de Sobotha. R. l. Canćerii etc.

Recognicio certi et ligmidi debiti Nobilibus Barbare Crupczanka et Seraphino Jaskier per Magnificum Petrum Zborowski Castellanum Malogostew etc.

Sigismundus dei grá Rex Polonie etc.

Significamus tenore pńcium quibus expedit vniversis. Qz comparens personalé coram nobis Magnús. Petrus de Sbo: row castellanus Malogostew, sanus mente et corpore, rea: dewqz a terra et districtu suo cracowien, seqz et bona sua hereditaria in terra cracowien, per eum habita et posse: ssa, presenti Jurisdicioni nostre Regali incorporauit, libere. publice, et per expressum Recognouit, Qmia Nobilibus Barbara Crupczanka matri, et Seraphin Jaskier filio eiusdem. Nobilis olim Nicolai Jaskier secretarii cimitatus cracowien, vxori et filio relictis, Qmingz millia et Qmin: gentos florenos pcńiarum certi et ligmidi debiti. sine mu: tuatz pecunia moneta et numeri polonicalis tenetur, Jn quibus quidem qmingz millibus et qmingentis flozńs obligauit, inscripsit, et pńti inscripcione invadiat, bona

ſna hereditaria in terra et diſtrictu cracovien conſiſten
vigt Caſtrum korzkiew cum villis ad illud pertinen,
Grambinijcze, Maſchicze, Bÿalikoſciol, Jamſchowicze,
Lakowicze, vna cu ſortibus obligatoriis et perlucro. a
Nobili Mathia Mijomſkij acquiſitis, Quos quidem quĩq
millia et quingentos florenos in hunc ſequentem modu
ſolvere obligatur, vigt quinq millia flor. hinc ad feſ:
ſtum dni Laurencii martiris proxime venturu, Quin:
gentos vero flor. vſq poſt mortem Nobilis Catherina
relicta Nobilis olim Crupek pro terrĩs terreſtribus
cracovien extunc imediate poſt mortem prefata Cathe:
rine celebrau, prefatus Petrus caſtellanus aut ipſius
Sucdres, Sucdribus olim Agneti Halicrowrij filia
prefati Petri Crupek ſolvere et complere debebit et de:
bebunt, Caſu autem quo prefatus caſtellanus Male:
goſtew non ſolverit aut ſolvere neglexerit, vel eius
ſucdres non ſolverint, aut ſolvere neglexerint, ex:
tunc incraſtino eiuſdem feſti Sancti Laurencii proxi:
me venturi tenebitur, pñtibusq ſe ac ſuos ſucdres
obligat prefatus caſtellanus predictis Barbara et
Seraphino dare realem intromiſſionem et pacificam
poſſeſſionem in omnia bona ſua prefata hereditaria,
necnon in ſortes obligatorias, vna cu perlucro ſibi
condeſcenſis quibuſmis in bonis Lakoſicze et Jamſcho:
vicze per miniſterialem quemcunq ſibi prefati Barba:
ra et Seraphin elegerint, exmc iam ipſis ad intromit:
tendu additum, Datag intromiſſione, prefat Barbar
et Seraphino in prefata bona peracmplius prefatus
Petrus caſtellanus et ipſius ſucdres nullo modo debebũt

aut poterint ſſe in prefata bona ſupra expreſſa tam
hereditaria ꝑ obligatoria intromittere, et nꝛ̄ꝗ quomo-
modo, jure, pretextu, inſcripcione, et quolibet exquiſito
colore ad eadem bona ſe ingerere, ſeu prefatos Barbaram
et Seraphim in eiſdem bonis impedire aut inquietare
nec eorum poſteros ſub dampnis terreſtribus, Sed prefa-
ta Barbara una cū predicto ſuo filio Seraphino et cū
ſuis poſteꝛ prefata bona in defectu ſolutionis quinq̄
millium florenoꝝ pro feſto ſancti Laurencii prefata bona
hereditarie rehabebunt, tenebunt et poſſidebunt, ſicut
ante donationem eorundem bonoꝝ prefati Caſtellani
facte, tenebant et poſſidebant, cum omni jure et domi-
nio ac proprietate, titulo hereditario, prefata inſcri-
pcione donatoria predictorum bonoꝝ datoq̄ prius
intromiſſione et poſſeſſione prefato Petro Caſtellano
Malogoſtensi minime obſtante, Quam quidem recognicōm
prefati Caſtellani Malogoſtensi Nos ratam gratam
habemus, approbamus, confirmamus et perpetuum robur
habituras decernimus, harumq̄ teſtimonio literarum
quibus ſigillum nr̄m eſt ſubimpreſſum, Datum Cra-
ſabbato poſt feſtum viſitacionis virginis Marie pro-
ximo ꝙuo dñi M D XL^mo. Regni nr̄i XXX^mo

Thomas de Sobotha,
R. P. Cancellarius ſſt.

Ad mandatum magci thome de Sobota
Regni Polonie Cancellarii &c

Nobilitatio Magnificorum Virorum, Sigiſmundi, et Petri

de fanellis cimitatis Bari m regno Neapolitano &c

Sigismundus et Bona dei gracia Rex et Regina Polonie supremi Duces Lithuanie ac Ferrarie, Cracovie Sandomiria, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie Prussie, Culmen, Elbingen, Pomeranie, et Masovie &c domini et hered, Necnon Duces Bari, Principesq; Rossani etc. Magcis viris Sigismundo et Petro de fanellis cimitatis nostre Bari in Regno Neapolitano subditis et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram Regiam et omne bonum, Cum omnis familiaris Nobilitas fere ex virtute alicuius insignis viri emanaverit, cuius ob id posteritas et a vulgo semper discreta et precipua quadam veneratione habita sit, Et nos consideremus insignes et preclaras animorum virorum dotes, virtutes, probitatem, dexteritatem, experientiam, ingenuos mores vestros, ac fidelia tam vra quam predecessorum vestrorum servicia nobis prestita, et presertim per te Sigismundum acta in nra Curia servientem, Qua omnia et alia quam plurima ornamenta virtutis et ingenii, quibus vos predictos esse scimus et didicimus, animo repetentes dignum sane duximus eorum condignam habere rationem et officia vestra meritis laudum premijs virtutumq; ornamentis cohonestare, Motu itaq; proprio, et ex certa nra scientia, animoq; deliberato, sano quoq; procerum ac aliorum nrorum et Regni nri fidelium dilectorum accedente consilio, et de nostra Regalis potestatis plenitudine, Vos prenominatos, Sigismundum et petrum filios vestros legittimos utriusq; sexus tam natos quam nascituros, eorumdemq; hedes et descendentes in perpetuum Nobiles fecimus constituimus et cre-

vimus, et Nobilitatis nomine, gradu et ordine, titulisq; et
et fascibus insignimus, prout tenore p̃sencium facimus in-
signimus, creamus, erigimus, et attollimus, vosq; in ex-
ordinis humana qualitatem Nobiles, et tanq; de Nobi-
li genere procreatos dicimus et nominamus, decernen vt
posthac vos prefati Sigismundus et Petrus ac successores
predicti vestri, tam in iudicio q̃ extra in rebus spũalibus
et temporalibus ecclie et prophanis etiam si talia forent
de quibus in p̃tibus mencio specialis fieri deberet, omni-
bus et singulis privilegiis gracijs, honoribus, dignitatibq
officijs, inribus libertatibus, insignibus, ac indultis vti
frui et gaudere possitis et debeatis, quibus ceteri veri No-
biles a quor avis p̃mis et maternis geniti et procreati
existuntur et fruuntur, et ad qua admittunt et recipiunt
quomodolibet consuetudine vel de Jure. Et ut status No-
bilitacionis vra Lucemburgensis clarescat, Vobis p̃fatis
Sigismundo et Petro ac filijs heredibus et descendentibq
vestris antedictis, hec infrascripta armorum insignia
dedimus et concessimus et elargiti sumus, ac tenore p̃-
sencium damus concedimus et elargimur, ac vestris
armorum antiquis insignijs consistens in scuto aurei colo-
ris, cum nube in medio, ad modum undis fluctuantis
coloris mixti albi et celestini, desuper seperatim hinc
inde cernitur Armilausa albi et nigri coloris, in qua
vero stellam aurei seu flavi coloris sex radios haben-
tem, adiunximus, prout tenore p̃sencium adiungimus.
In parte dextra superiori Aquilam albi coloris in ca-
pite coronam aurei seu flavi coloris habentem, rostrum et
pedes aurei similis coloris in campo rubeo. In sinistra
vero angulum Azurei coloris, octies pliatum nodum

habentem, Jn prima plica, ac coronal in vertice amicti
ſen flami coloꝛis, et in ore puerum manum brachia te-
nentem extenſa, ſubrubei coloꝛis in campo albo, Et quem-
admodum hec omnia in medio pũtimm accuratius de-
picta ſunt, decernend etiam, q poſthac prefata arma et
inſigmia, inſigmd vere nobilitatis habeatꝫ et deferatꝫ
in omibus et ſingulis honeſtis decentibusq actibus
et expeditionibus nobilmd armigerorum more tam loco
q ferio in torneamentis haſtiludiis, bellis, duellis ſin-
gulari certamine et quibuscumq pugnis, vexillis te-
toriis, annullis, ſigillis, ſignetis, ſepulchris nominentis
edificiis et Clenodiis quibuscumq pro vra voluntatis
arbitrio, aptiq ſitis et idonei ad inemdas et recipien-
das omnd exemptiones, libertates, primilegia, fenda
vacationes, a muneribus et onerib⁹ quibuſcumq, realī-
bus personalibus ſiue mixtis, imrag et conſuetudinib⁹
quibus ceteri Nobiles hmoi armorum ornamentis inſi-
gniti gaudent et fruuntur conſuetudine vel de jure,
abſq alicuius impedimento et contradictione, Hortam
uominorſos et ſingulos. ſeremos Reges, Jllustres. Princi-
pes, Duces. Marchiones. Comites. Barones, ceteraſq tam
ecclesiaras q ſeculares personas quauis authoritate
officio titulo dignitate et ptate fungem, Quos prano-
minatos. Sigiſmundm et Petrum, eorumq hæredes et
deſcendentes antedictos. pro Nobilibus habere tenere
et reputare, ac ab alijs teneri haberi et reputari
facere dignemur, quos pro eorum virtute factum ac
eſſe confidimus, Nulli ergo omnino offiçialium nrorum
quorumcunq, tam pũtimm q futurorum ac ordinariorum

surdiorum. lectorum, caterorumq; nostrorum subdito-
rum liceat, hanc nrã creationis erectionis, Nobilita-
tionis, concessionis, primilegii voluntatis, et gracie paginã
infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire,
Si quis autẽ hac attentare prasumpserit nrám indi-
gnationem grauissimã, ac panam ducatorum mille.
auri pro medio Regio fisco seu arario nro, et pro re-
qua parte iniuriam passi aut passorum vsibus ap-
plicandam se nouerit ipso facto, totiens quotiens contra
factum fuerit irremissibilẽ incursisse, Harum testi-
monio lrarum manu nra subscriptarum et sigillorum
nrorum Regiorum appensione munitarum, Datum in
Cracouia die vigesima Mensis Maii anno
dñi M. D. xlvo. Regni nri xxx xo

Sigismundus Rex
Bona Regina

Quietacio Rmi dñi Archiepi Gnesnen et epi Cracomen etc per Gnosos Stám et Jónem Miskow-skie de suma infrascripta ꝛc

Sigismundus dei gratia Rex Polonia ꝛc Significamus tenore
presentium quibus expedit vniuersis, Quomodo compa-
rendo coram nobis nra Regia, Gnosi, Stanislaus, et Joannes

Myſkowſkÿ de Myrow filii q̄ondam Martini Myſkowſkÿ de Mirow castellani Virlunen, sam mente et corpore, readen ab omnibus terris districtibus, et Jurisbus suis quibuscunq; se p̄ntī Jurisdicioni cum omnibus bonis suis quo ad presens duntaxat negocium attinet incorporan, et caven etiam pro ratihabicione ex parte q̄ondam Jacobi et Hieronimi Myſkowskich fratrum germanorum suorum et Ruzama de Laſko matris sue, ac aliarum om̄ personarum se interesse ad presentē quirtacionis actionem habere putancium, libere, publice, et per expressum recognoverunt, Quia Romus in chro patre domino pretens Archiepus Cracovien, et Epūs Cracovien, legatus natus et Primas, et omnis superstes hares atq; successor Magci olim Joānis de Kamka: tis Palatini et Vicesgeren Ducatus Masovie nostri et Capitanei Czechanovien germani sui solvit ipsis Myſkowskiem, et numeravit integre realē et in effectu duo millia et octingentos florenos monete et numeri polonicalis per mediam sexagenā computatōē certi liquidi et essencialis debiti sine mutuate pecunie per prefatum olim Magcum Joannem Palatinum et Vicesgerem Masovie, primum in actis Conventionis gnalis Cracovie feria tercia post Dominicam Ramispalmarum proxima anno dom̄i M. D. xlo. recogniti et inscripti, Deinde vero in actis Conventionis gnalis Piothrcovien feria tercia post festum sancti Valentini. Anni dom̄i M. D. xl.to ad solvendum in duobus millibus et quingentis florenis cum octo Biscum ad primos termios Biscum vel ad primam posicionem octoch Biscum aut quos

illorum prime celebratum fuerit, post festum Natiuitatis
christi, extunc proxime futurum, sed nunc iam preteritum,
in residua vero summa trecentorum florenorum, post noz:
tificationem originalis inscripcionis ad nouam inscripcõm
faciẽ, et certificationem obligati, De quibus quidem duo:
bus millibus et octingentis florenis prefatis ipis integre
persolutis, et per eos lenatis et in effectu receptis, et predi;
cti debiti totalis persolutione, in duobus millibus et octin;
gentis flor⁹ pecuniarum, predicti Stanislaus et Joannes Mij:
skowski suo suorumq⁹ fratrum germanorum prefatorum ac
matris sue et aliorum interesse habentiu nomine, predictum
Rmum dominum Archiepum Cracouien, ac Epum Cracouien
legatum natum et eius legitimos successores, quietauerunt
et liberum dimiserunt, prout quietant et liberã dimittut,
perpetuo ac in eternum, Inscripciones⁹q⁹ omes super summa
duorum millium et octingentorum flor⁹ in quibus eumq⁹
actis contentas, cassant, mortificant et in nihilum redi;
gunt, atq⁹ pro eadem sibi suisq⁹ successoribus perpetuum
silencium imponunt, recognoscũt ipsis esse satisfactum et
persolutum plenarie et integre, per prefatum Rmum dum
Archiepum tanq⁹ successorem legitimum, olim nagẽ Joannis
de Gamrath, Palatini et Vicegerend ducatus Masouie
Et insuper prefati Joannes et Stanislaus Mijskowscij
cum suis successoribus super omnia bona sua inscribunt
ipsum Rmum dum Archiepum et eius successores, tueri
interedere ab omni impetitiõd Juridica quauis eumq⁹
personarum occasione summa prefata duorum millium

et octingentorum florenorum pruscie, sub simili vadio duorum millium et octingentorum florenorum teutonicorum quociens eidem Rmo duo Archiepo vel eius successoribus legittimis opus fuerit, nulla re exquisita nec colore excogitato iudiciale nec extraiudiciale, ipsum Rmum dom et eius successores evadere pro premissis. Et quicquid prefati Myszkowscy vel eius successores citati existere ad quodcunque ius suum terrestre siue Castrense Regni occasione premissorum non exequtorum ni auxilium sibi adhibere vellent, eo facto causa sua amittere debent, Qua omnia et singula premissa nos rata et grata habere, approbare, ratificare, et confirmare duximus, presentibus approbamus, ratificamus, et confirmamus, decernentes ea robur debite firmitatis habitura esse. Harum quibus sigillum nrum est appensum testimonio Lrarum, Datum Cracouie sabbato post festum visitacionis virginis Marie. Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto Regni nri trigesimo nono,

Thomas de Gobota R. P. Cancellarius mp.

Pro magro Thoma de Gobolsa Regni Polonie Cancellario etc.

Immunitas a susceptione Hospitum in domum suam nobili Barbare Crupczanka concessa

Sigismundus dei gratia Rex Polonie &c. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quia supplicis

cerunt nobis arti consiliarii nostri, pro Nobili Barba-
ra Crupczanka, relicta olim nobilis Nicolai Jaskier
secretarii Cracoviens, vt domum suam in circulo Craco-
vien inter domos Carnioveski ab vna, et Nicolai
Zil ab altera partibus, sitam, liberam in statu suo
viduali ab hospitum receptu redderemus, Nos hmoi
supplicationem benigne annuentes ex certa scientia et
speciali gracia Regiis nostris domum ipius Barbara
predictam ab omi cum aulicorum nrorum, tum aliorum
quorum Jus hospitum recipon eximen et liberand du-
ximus, prout pntibus eximimus et liberamus, de-
cand vita ipius Barbara, Sic quod nec a nobis nec
quibuscumq; auctoritate regi aut compelli ad recipien
in domum suam Aulicos nostros et hospites debebit
in futurum, Proinde omnibus et singulis Digitariis
et officialibus eorumq; vicegerentibus presentibus
et pro tempore existentibus, quorum nomina et
titulos hic pro expressis habere volumus man-
damus, vt ipsam Barbaram in ea libertate et
immunitate ei a nobis concessa servetis, neq;
eam impediatis aut inolestetis in premissis, Quin-
imo eam manu teneatis et tueamini, Secus pro
gratia nostra non facturi. Datum Cracovie
feria secunda intra octauas Visitacionis Vir-
ginis Marie. Anno domi millesimo quingen-
tesimo Quadragesimo quinto. Regni vo nri trigesimonono

Thomas de Gobota
R. I. Cancellarius fbl.

Rlo Magi Thoma de
Gobota R. I. Cancellarij &c

Condescensio mscripcois advitali-
tatis reformatoriæ per nobilem
Ca'nam Crupcrina, Magco Petro
Zborowski Castel.o Mallogostens fcr

Sigismundus dei gratia Rex Polonia &c Gignifica-
mus tenore pntium quorum interest Universis, Quia
comparens personalr in pntia Atis nrà Regia Nobi-
lis Catherina Crupcina relicta olim Nobilis Petri Cru-
pek, libere recognovit se omem advitalitatem quam
in Castro korzkiew et villis ad idem Castrum pertinen
Crambienicze, Maschicze, Bijalijkoskiol, Jamoschowicze,
et Tackowicze a Nobili Petro Crupek marito suo ha-
bnit, sponte ac libere Cnoso Petro Zborowski Castellano
Mallogostow condescendisse, ac omni iure suo, ac usñ
fructñ, et advitalitate, quæ in prefato Castro korz-
kiew, et villis prefatis, a Nobili Petro Crupek ma-
rito suo sibi inscripta et reformata habuit, in pre-
fatum Magcum Petrum Zborowski Castellanum Mallo-
gostens transfundisse, Quemadmodum et presentibus
transfundit, et omi iurj suo renunciat perpetuo
et in evum, Harum testimonio Lrarum quibus
sigillum nrum est subimpressum, Dato Cracovia
feria secunda infra octanas Visitacionis Virgis
alis Anno Mdxlv Regni nri xxxix.

Thomas de Gobota
R. I. Cancrius

Pro magco Thoma de Go-
botha R. P. Cancrio ut

Confirmatio permissioms cõstruen ponticuli per Rudawa ex horto ipius ad ripam Vistulæ retro hospitale nowi pietatis iacen per Com Crac Magco Petro Opalienski Castellano Gnesnen concessi

Sigismundus dei gracia Rex Polonia &c Significamus tenor pntium quorum interest vniversis, Quia comparens personaliter coram nãte nra, Magcus Petrus Opalenski castellanus Gnesnen, Costen, Gremen, Olsti: nec3 Capitaneus, Serenissimq3 principis domini Sigismũdi Augusti dei gracia Regis Polonia magni duc Lith: vania &c. filii nri charissimi Curia mgr, libere pu: blice, et per expressum Rexit, Quoniam famati Pro: consul et consules Cracovien, fideles nostri dilecti, ipsi transitum quendã per hospitale novum pietatis ipsorum Consulum Jurisdicionis ad vitam ipsius dũ taxat duraturã permisissent, eandemq3 ipsorum con; sulum concessionem literis consularibus firmatam coram nobis exhibuit, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis, Significamus tenor pntium quibus expedit vniversis, Quia respectum habentes Magci domini Petri Opalienski Castellani Gnesnen, Serenissimi principis et domini domini Sigis: mundi Augusti dei gracia Regis Polonia. magni duc Lituania. Russia. tocius Prussia ac Masovia &c. domini et hered. domini nri clementissimi Curia

Magistri, et in olstin Capitanei, in nostrum consulatu
et rempublicam bene merita, ac multifariam bene-
volentiam commonstratam, Cupientesq; illius magni-
ficentia nobis et civitati huic uberiori benevolencia
propensam facere de unanimi consensu nro permisi-
mus sua magestia ponticulu per Rudawam ex horto
ipius ad ripam Vistula retro hospitale novu pertasse
iacu ad illud ipsum hospitale ponendi, ut possit ex ho-
rtu transitus esse unius hominis dumtaxat pedes-
tris, capax cuius vidz senis vel senitoris, qui eiusdem
hortus custos est et nemini alteri, ita tamen ut sem-
per sub clausura sit, ne passim, sive ad hospitale sive
ex hospitali liber sit ad hortum transitus, et damna
ut premisq; vitentur, Idq; vita ipius magci domi Petri
Opaliensi dumtaxat durante et non ultra, eo vero
e vita sublato liberum nobis et posteris nostris Consu-
libus Cracovien et dicti hospitalis promisoribus eius pon-
ticulum sive quomis aut cuiusvis impedimento vel re-
nitencia, ab eiusdem magci domi Petri opaliensi poste-
quocunq; modo excogitari deponere et dejare nulla
unq; ulus prescripcion obstante, Quarum quibus sigillu
nostrum subappensu est testimonio literarum, Datum
Cracovie die beda Maii anno ut d. M.cc.lxvto. Cu-
piens autem idem magens Petrus opaliensi pro adep-
to a supramemorata Consulibus officio, digna quoq;
gratitudinem referre, fassus est; hmoi transitu per
hospitale prefatu, a dictis Consulibus Cracovien con-
cessum, nullo alio jure habitarum vel possessarum
q prout in premissis literis continetur et scriptum
est, neq; posteros suos quidpiam juris ad hmoi modi

transitum sue pontem post ipius Petri Opalenski mor-
tem obtinere posse, Qua omia et singula, nos autho-
ritate Regia acthorite confirmamus, et secundu in
eisdem contenta, et non vltra robur et firmitatem
habere volumus, Harum quibus sigillum nostrum
subappensum est testimonio literarum, Dat Cracovie
feria qrta intra octauas visitacionis virginis Marie
anno domi M. D. xl vto Regni nri xxx vto

Thomas de Gobotha
R. P. Canonicus Sft.

Rlo. Magci Thome de Gobotha,
Regni Polonie Cancellario

Litere comissionis super Magnificum Joannem comitem
de Thanczin Palatinum Sandomirien. Lublinen. Parchomen
et Belovien Capitaneum. Marschalcum curie et Stani-
slaum olbiczki, occasione arcuum iniuriarum et grauami-
num laboriosorum nrorum Incolarum villa Dzierzko-
wicze, tenute Cnosse Anne relicte olim Cnosti Leon-
gii in Vrzedow et Dzierkowicze Tenutarium parte ab
una, et Cnosam Amam villa prefata Tenutarium
parte ab altera, data in forma ampliori Cancellaria
solita sub data feria qrta in vigilia visitacionis
virginis Marie. Anno domini millesimo Quingen-
tesimo Quadragesimo quinto. Regni nri trigesimo nono

Abilitacio prouidi Joannis Chudzicz Carpentarii de quo-
dam excessu difamati ad can-
dem Artem Carpentariam

Sigismundus dei gracia Rex Polonie &c
Significamus his nris litris quorum interest vniuer-
sis et singulis, Quia cum nobis expositum fuisset pro par-
te providi Joannis Chudzich de Bolichowicze, Carpentarii,
cum occasione excessus cuiusdam, ad Judicium Consilaus
Cracovien, opera adversariorum suorum esse delatum et accu-
satum, Judicioq; illud citra omnis cuiusvis expurgationis
accusati de crimine, eundem ad statuam virgis ardendi et
inde in exilium mittendi decreverat, Jam vero post susce-
ptam executionem istius decreti, predictus Joannes ad
nos supplex veniens, una cum artis consiliarijs pro eo
intercedentibus, precatus est, vt illum ab hinci infamie
nota, qua inter suos artis opifices non vulgarem illi
meruit obtrectationem, ad officinaq; carpentariam
quam pristinis temporibus satis honeste, et diligenter,
sine aliqua sinistra opinione exercuit, abilem et ido-
neum redderemus, Nos itaq; supplicationi predicte
benigne annuendi, ex speciali clemencia nra, cumsq;
rationabilibus perinoti, Ipsum Joannem Carpentarium,
cum ad ipsam officinam, tum alios omnes actus huma-
nos, a quouis probo exerceri solitos, per omnia abilem
et idoneum reddimus, illiq; intra et extra Regnum
nrum in quibus volet agendi concedimus, Quare vobis fa-
mato Proconsuli et consulibus, ceteris q; officialibus,
ac eiusdem artis Carpentarie senioribus Crac, quos
id negocium concernere videbitur mandamus, vt eum
Joannem Carpentarium per nos sic ut prefertur abili-
tatum, tam in nra Cracovien, quam et aliis civitati-
bus et locis regni et obseruari artemq; suam Carpen-
tariam et alios actus humanos honestos exercere,

sine aligna obtrectatorum nota alicuius infamie obiectio-
ne permittant permittiq; faciant pro gracia nra aliter-
non facturi. Datum Cracovie feria tercia in vigilia
sancti kiliani. Anno dom millesimo quingentesimo
quadragesimo quinto Regni vero nri trigesimo nono.

Rzlo eiusdem ut supra.

Admissio extruendi Piscinam
seu vivarium parvum als Stawek
cum molendino in bonis Ad-
vocatie ville Zaleszcie in dis-
tractu Leopolien consisten-
Nobili Nicolao Hinck de vniejsce concess &c.

Sigismundus dei gra Rex Polonie &c Significamus
tenoribus nris litere quorum interest universis et singu-
lis harum noticiam habituris, Quia cum per certos
consiliarios nros pro Nobili Nicolao Hinck de vnie-
ne nobis supplicatum, simulq; diligens et utile eius
studium quod ad bonorum advocatie nre in villa
Zaleszcie in districtu Leopolien consisten. cuius ipse
modernus possessor et advocatus existit, comodum
impendit, satis comendatum fuisset, illi quo possit
piscinam seu vivarium parvum als Stthawek cum mole-
dino in eadem piscina locandi vis mains vivarium

Advocatia eidem lris originalibus inscriptis in hereditate predicta Zaleßie pro comoditate loci. suis propriis impensis extruere, ad suum et omn suorum successorum eiusdem Advocatie Advocatorum pro tempore existencium vsum et comodum erigere admittere et consencimus dnximus admittimusq et consentimus per psntes. hac tn condicone. ne homoi extruendi vinarii cataclismo seu inundatione. nostris seu nrorum subditorum bonis, circa circa adiacentibus aliquot damnum aut preiudicium inferatur, sinsq debite fructibus et vtilitatibus privetur quorum indempnitati cavemus, cinsmodiq vicario in eminens preiudicium exoneret libertatem vetitum esse volumus, Quam quidem piscina seu vinarium, vna cum molendino sicut premittitur extruent predicto Nicolao de Venicijs, sinsq legittimis successoribus eiusdem Advocacie Zalussien Advocatie pro tempore existentibus, cum omnibus et singulis fructibus vtilitatibus. piscacionibus emolumentis predictum vinarium et molendinum concernen. tenen. habend. vtifruend. pariterq cum aliis bonis eidem Advocatie in lris privilegii inscripte et assignate possidend inscribimus. annectimus et incorporamus. Quibus omnibus et singulis premissis ipse Hinek advocatus et sui successores advocati vti debebit et debebunt. tamdiu donec per nos aut eos conseruerimus suma in memorato literis privilegii. aut alis iuste et legittis inscripta exemptus vel exempti fuerint realr et cum effectu Jn quorum omn et singulorum fidem et testimonium premissorum sigillum nrum est subappensum. Datum Crac feria sexta ante festum sancta Margarithe virginis et martijris proxima Anno dni m cc xl vo. Regni nri xxx vo

Ro cinsq ut supra

Donacio bonorum infra scriptorum, Cuioso Nicolao Lucowski de Skothmiki Dapifero Sandomirien et eius Succe ssoribus, per nobiles Joannem et Stanislaum frés in Janowiecz hedes

In nomie Dñi Amen, Ad perpetuā rei memoriam, Quoniam actus dispositiones q̄z humanas, plerumq̄z oblivione involui atq̄z obrui contingeret nisi Regum et principū salubribus sanctionibus fuisset constitutū, ut literarū ac sigillorū munimentō et testium annotacōe firmarentur, Quare nos Sigismundus dei gra Rex Polonie Supremus dux lithuanie Russie Prussie Masovie, necnon terrarū Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie, Culmen, Elbingen, pomeraniaq̄z dominus et hæres, Significamus tenore p̄sentium quibus expedit vniversis et singulis presentibus et futuris hanc noticiam habituris, Quomodo comparens coram nob̄ nr̄a Nobiles Joannes et Stanislaus fratres germani indimissi in Janowiecz vtraq̄z hereditate de tr̄a Sandomirien et districtu Visliczen, a terris et districtibus suis p̄fatis et aliis quibuscunq̄z eisdem, et se hinc inde dicionī p̄dī incorporando, sani mentis et corporis existentes, suo animoq̄z suorum salubri usi consilio

matura deliberatione intra se prehabita non compulsi
negz coacti. libere ac per expressum fassi sunt et recogno:
verunt, quia Gnóso Nicolao Lucowski de skothnikij,
Dapifero Sandomiriew et eius successoribus legittimis totas
et integras sortes suas bonorum hereditariorum in villis
et hereditatibus vtrarqz Janowiczy, videt Tatijnowi
et Cosdzicowe. ipsos quomodocwqz et quocwqz nuncupatis
concernew. Cum omi iure dominio ac proprietate, cw
omibusqz et singulis vtilitatibus, fructibus, proven.
reddditibus attinenciis, coherenciis, emolumentis, cen:
sibus, piscinis piscinulis. molendinis et eorum emolu:
mentis, et qualiter cum omibus et singulis vtilita:
tibus ab antigno et mie in dictis bonis existentibus
et post quomodocwqz excogitandis, et ex humana indu:
stria adinvenien, ita qz qualitas specialitati et econ:
verso specialitas qualitati in nullo deroget, nihil nuncu
dominii ac proprietatis pro se et suis successoribus reser:
quew, sed omne ius suu in Gnosum Nicolaw Lwowski
et eius posteros transfundew ita videt pront soliti:
mexunt. habuerunt. et possidebant. dono perpetuo
et irrevocabili dederunt. donauerunt. ac realr et cw
effectu indicaw coram nobis resignauerunt, pntibusqz
dant. donant. et inscribunt perpetuo et in eow, dantqz
ac admittunt sibi iam exnunc realem intromissionem
et actualem possessionem in prefata bona ipsi Nicolao
per ministerialem quemcwqz tre et districtus illius
in quibus bona illorw consistunt ipsi per eorum mam
iam exnunc adintromittew additum per ipsw Gnos:
sum Nicolaw Lwowski Dapiferw Sandomiriew
et eius posteros bona predicta modo premisso sibi

donata · tenen' · haben' · possiden' · vtifrnen' · dan' · donan' · 139
venden' · alienan' · et in vsus suos beneplacitos · suorumq3
posterorum' libere convertend' · prout sibi et eius successoribus
melius et vtilius videbitur temporibus perpetuis expe-
dire · Et hiciden' stans personalr coram nte nra Regia
Cnosus Albertus Rzemienski de Rzemien hares vra-
den' a districtibus suis quibusuis · et hmoi iurisdicioni
nrae se incorporan' et subijcien' in toto · de oibus bonis
suis per eum quomodolibet et quocuq3 titulo in
Regno nostro habitis et haben' · mobilibus et imobilibus
se inscribit ac obligat putibus pouen' se principalem pro
dictis Skrzinskir fribus germanis subicien' se et suos
posteros eisdem Cnosum Nicolau' cum suis posteris
occasione premissorum' bonorum' sibi per eosdem fres tali
donatorum' fuer' interaden' · evincen' · liberaen' · ac obi-
libet indemnem reddere ab oibus dampnis et impe-
dimentis vndecunq3 eveniend' · et quocunq3 illatis
ab omibus personis · sexus · status condicionis ac pre-
eminencie · exemptis spualium et secularium ipsum
Cnosum Nicolaum · et eius posteros impedien' et impe-
dire volen' · nec non ab oibus inscripcionibus prio-
ribus in dictis bonis per eosdem fratres factis vel
fuen' · lucris perlucris perductis vel perducen' · et
presertim a sororibus germanis ipsorum fratrum ·
Et gnaliter ab omnibus dampnis vndecunq3 · et quomo-
docunq3 eveniend' · et illatis nec et ipsi fres per se ac
per submissas personas quomis modo imiuriari · et
nec intromissionem cum possessione quomis modo
impedire aut inquietare tociens quotiens opus fuit

sub vadio quadringentorū florē pcīa p̄ gd̄ tri-
ginta computatorū. Cuīóso Nicolao Dapifero et eius
successoribus legittimis ad solvendū succumbendū ad simpli-
cem ipīus Nicolai assertionem. sine corporali incarcto
nullis modis ipsum Cuīosum Nicolaū Dapiferum
evadendū, Pro quibus quid premissis aut premissorū
aliqua non complet̄ esse p̄fatus Albertus Rze-
mienski vel eius successores citare permiserit vel per-
miserint extunc hic coram nōbis nrā vel alias in
quocūq; Judicio Regni nri tr̄estri vel castrorū ad
quod vigt tractus et citatus fuerit illic in termino
primo tanq; peremptorio pare se submisit et p̄tibus
submittit et pro citato toties quoties citabitur vel
eius posteri citabuntur, ipsi Cuīoso Nicolao et eius
posteris satisfacere tenebitur vel tenebuntur ipsum
primū term̄ vera nec simplici infirmitatibus non
differendo, nec bello, colloquio, Conventione tam parti-
cularī quā gnāli, nullas denīq; mociones ac appel-
lationes cum dilationibus faciendo, nullosq; defectus,
ad p̄tem, inscriptōm obiciendo et allegando. Et
nec quicq; sibi in auxilio contra eund̄ Nicolaū
dapiferum et eius posteros assumendo, neq; se quo-
vis modo tuendo et protegendo sub sui suorūq; sucessū
torius causa amissionis, et quōcunq; ipm et eius
posteros evallet quo modo causam suam amittere
debeat et vadiū succumbere, harum testimonio
literarum quibus sigillum nostrum est appensum.

Dat. Cracouie feria sexta ante festum sancte mar:
garethe virginis et martyris proxima. Anno dom̃
Millesimo Quingentesimo Quadragesimo quinto. Regni
vero nr̃i trigesimo nono, p̃tibus. R̃mo et Reṽ:
rend̃ in chr̃o p̃ribus. d̃nis. Mag̃co. Cr̃iõso et ṽenli. Pe-
tro dei gracia Archiepo Gnesnen. et Epõ Cracovien. le-
gato nato. et Regni Polonie primate. Samuele Ma:
ciejowski Plocen. et Regni Polonie vice Cancellario.
Andrea Zebrzidowski nom̃ato Chelmen. Joanne Zbro:
iowski nominato Camenecen. Epis. Petro Cmitha
de Wissnicze com̃ite. Palatino et Capitaneo Cracovien
Regni nr̃i marschalco. Sendzyvogio Premisliens. et
Colen. Capitaneo. Nicolao Wolsky de Podaycze Ca:
stellano Sandomirien. Sacre Regine alis ntis cu:
ria Mgro. Sanocen. Lomzen. visnen. Landzkoronen
Capitaneo. Petro Opalinski castellano Serenissimi prin:
cipis d̃ni Sigismundi Augusti Regis Polonie Mgro
Valentino Dambinski. et Jacobo Vchanski Referen:
darijs nr̃is. testibus circa premissa. Sijnatis et fi:
delibus nobis dilectis &c.

R. Mag̃ri Thome de Sobotha R.
P. Cancellarii. Burg. Cracovien &c.

Assignacio infrascriptarum vtilitatum et obventionum

advocatia et illius Advo
catis pro tempore existen
villa Czumoiñ etc

Sigismundus dei gracia Rex Polonie &c Signi
ficamus tenore p̃ncium quorum interest universis et
singulis p̃tibus et futuro harum noticiam habitur,
Quod quemadmodum ex querela Cnósi Nicolai Wil
ga Advocati ville nr̃e Czemiow in districtu Lopo
liensi consisten. Aulicig nr̃i, contra Cnósos. Ambrosium
Capitaneum Cruschwicium, et Erasmum fr̃em eius dict
Oporowscgi, eorundem bonorum nostrorum Czemiow
Tenutariorum, causa et differentia occone certarum
immunitatum et graniminum, sibi per predictos Opo
rowskie, cum in quo conv̄nis omins vicinia usi,
tum et infrascriptarum utilitatu et comodorum sua
advocatia attinentiu, ablatione fact, inter ipsos
utrosq; exorta, ad nosq; deducta fuisset, In quaq;
causa et dria, nos altera partium ipsis nempe Opo
rowskie absente, ad simplicem partis conquerentis
assertionem nihil statuere volimus, nisi prius res
in querela proposite certos Commissariorum nostros,
ad ea despicienda, et examinanda deputatorum, vera
aliqui relatione fuissent declarate, Qui tandem
Commissarii nostri de iis que illis commissa, et per se
diligenter remissa ac examinata fuerunt referen

per actum remissionis sue, quem huc ad nostrum
scriptum sigillis q̃ suis communitum transmiserunt.
has sequentes obventiones et utilitates de quibus
inter prefatas partes dissidebatur partim tenus
congregationis incolarum ville Czernow una-
nimi depositione, partim etiam ipsorum met Te-
nutariorum recognitione. Advocatie et illius Advo-
catorum Czernowen predict pro tempore existen.
esse proprias, sese q̃ jure et consuetudine antigua
conservare declaraverũt, Quarũ prima hec est.
quod omes gentile Incole ville predicte Czernow
ad mandatum sui Advocati, ubi necessitas legittima
et antehac observata postulaverit ad locum solitum
et conventionis expositum ale do Cromadi conve-
nire, Jurisdicionique sue Advocatiali subesse, in qua
adversiti de rebus in medium propositis tractare
sub pena iam usu recepta dũt, Quantum vero
attinet Advocati eiusdem primata comoda, sicubi
casus et urgens necessitas sua piscina seu vina-
rii als sthun advocatialis. propter imbrium et
cuiusvis alterius inundationis impetum rumpenti
ingruerit, tunc omes idem Incole tessera seu ad-
vocatiali signo vulgariter kulia dicto amissati mox
accurrere et diligentem operam resarcien incomoda
vinarii predicti adferre iuxta veterem consuetu-
